

LXXIV.

PISAURENSIA.

33

D . M

PETRONII . ANTIGENIDIS

TV . PEDE . QVI . STRICTO . VADIS . PER . SENTA . VIATOR
SISTE . ROGO . TITVLVMQVE . MEVM . NE . SPREVERIS . ORO
BIS . QVINOS . ANNOS . MENSESQVE . DVOS . DVO . SOLES
IN . SVPEROS . FECI . TENERE . NVTRITVS . AMATVS
DOGMATA . PITHAGORAE . SENSI . STVDIVMQVE . SOPHORVM
ET . LIBROS . LEGI . LEGI . PIA . CARMINA . HOMERI
SIVE . QVOT . EVCLIDES . ABACO . PRAESCRIPTA . TVLISSET
DELICIAS . HABVI . PARITER . LVSVSQVE . PROCACES
HAEC . HILARVS . MIHI . CONTVLERAT . PATER . IPSE . PATRONVS
SI . NON . INFELIX . CONTRARIA . FATA . HABVISSEM
NVNC . VERO . INFERNAS . SEDES . ACHERONTIS . AD . VNDAS
TETRAQVE . TARTAREI . PER . SIDERA . TENDO . PROFVNDI
EFFVGI . TVMIDAM . VITAM . SPES . FORMA . VALETE
NIL . MIHI . VOBISCV . EST . ALIOS . DELVDITE . QVAESO
HAEC . DOMVS . AETERNA . EST . HIC . SVM . SITVS . HIC . ERO . SEMPER

Apud Pandulphum Collenuccium ex Vetr. MSS.

I

D . M